



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 21. Mors Ludovici Lippomani.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

ret. Tandem Dandinus anno salutis no- Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.  
stræ millesimo quingentesimo quinqua-  
simo primo Cardinalis creatus bis inter-  
fuit facris Comitiis, in quibus Marcel-  
lus II. & Paulus IV. in summos Pontifi-  
ces eligebantur: sede autem vacante,  
cum ex conclavi ob morbi violentiam e-  
gredi cogeretur, Romæ die quarta De-  
cembris Anno Christi millesimo quin-  
gentesimo quinquagesimo nono obiit, ac  
terræ mandatus fuit in tituli sui Ecclesia  
ad S. Marcellum prope summi altaris gra-  
dus, ubi duæ leguntur inscriptiones,  
quæ ejus elogium complectuntur.

### §. XXI.

#### *Mors Ludovici Lippomani.*

Quarta ante Pauli IV. obitum die, *Thuan. hist.*  
*l. 21.*  
seu decima quarta Augusti Aloy- *Pallav. l. 10.*  
fius, vel Ludovicus Lippomanus Venetus, *c. 15. n. 2. l.*  
celebris Theologus, ac primo Methonen- *11. c. 2. u. 6.*  
sis, postea Veronensis, & demum Ber- *c. 13. n. 1. l. 6.*  
gomensis Episcopus decessit. Hic, quam- *14. n. 1. l. 13.*  
vis crebris in Lusitaniam, Poloniā, *& 14.*  
alioque Regna legationibus distinere-  
tur, nihilominus residuum semper ad  
studia tempus nanciscebatur, quod elu-  
cubrationibus magno numero conscri-  
bendis dicavit, nec minus inclaruit lin-  
guarum, Historiæ Ecclesiasticæ, & Theo-

T 5 logiæ

**Sæcul. XVI.** logiæ peritia , qua egregie imbutus po-  
**A C 1559.** stea totum se sacri Codicis , & Patrum  
 studio impendit : hinc ingens quoque  
 sibi nomen comparavit in Synodo Tri-  
 dentina , qua interrupta ipse Anno Chri-  
 sti millesimo quingentesimo quadrage-  
 simo octavo Papæ Nuntius in Germani-  
 am decernebatur , atque inde evoluto  
 biennio a Julio III. revocatus ab eodem  
 Pontifice præter alios duos Synodi Prä-  
 fess nominabatur : Anno vero post Chri-  
 stum natum millesimo quingentesimo  
 quinquagesimo sexto a Paulo IV. Polo-  
 niæ Nuntius creabatur , eidemque Pa-  
 pæ a secretis erat. Scripsit Lippoma-  
 nus I. Catenam in Genesin , & Exodum,  
 necnon in primos decem Psalmos ex  
 Scriptoribus Græcis , ac latinis contex-  
 tam , ubi interdum interposuit sensus  
 literalis explicationem: insuper præter  
 plurimorum Auctorum interpretationes  
 textui adjectas etiam annotabat, in qui-  
 bus a Vulgata Hebraicus , & Syriacus  
 textus discrepant. II. Collegit vitas San-  
 ctorum octo tomis comprehensas , eis-  
 que inferuit versionem vitarum , quas  
 Metaphrastes conscriperat , & Gentia-  
 nus Hervetus , Zilus Veronensis , & Sir-  
 letus collegerant. III. Edidit quasdam  
 additiones ad spirituale Pratum Moschi,  
 necnon annotationes in Historiam Bar-  
 laam Eremitæ , a D. Joanne Damasce-

no

no conscriptam. IV, Prodiit ejus ope- **Sæcul. XVI.**  
 ra Italico sermone liber dogmaticus, cui **A.C. 1559.**  
 hunc titulum præfixit: *Confirmatio dog-  
 matum Catholicorum omnium cum subversio-  
 ne totius fundamenti modernorum hæretico-  
 rum.* V. Præter sermones in omnia to-  
 tius anni festa Sanctorum, necnon Con-  
 stitutiones Synodicas posteris reliquit  
*expositionem vulgarem supra Symbolum A-  
 postolorum, & orationem Dominicam.*

### §. XXII.

#### *Matthiae Bredenbachii obitus.*

**A**lter ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc *Va'er. Bibl.*  
 anno defunctis erat Matthias Bre- *Belg. Miræ-*  
 denbachius Kerpfenæ in Bergensi Duca- *us de Script.*  
 tu natus. Hic in Clivia Embricano Col- *Sæcul. XVI.*  
 legio præerat, ingentemque sibi famam *Dupin. ib.*  
 conciliabat non modo maxima, qua recto- *tiecle p. 26.*  
 t. 16.  
 ris munere fungebatur, sedulitate, sed  
 præcipue celeberrimis operibus, quæ ad-  
 versus Protestantes vulgaverat: scripsit  
 enim I. Tractatum *de dissidiis Ecclesiæ com-*  
*ponendis unacum dupli ejusdem tra-*  
*catus apologia, alioque libro, cui titu-*  
*lus Anti-Hyperaspistes adversus Smideli-*  
*ni, seu Jacobi Andreæ Lutherani Hy-*  
*peraspistem pro vindicando Brentio scri-*  
*ptam II. edidit duas epistolas de Reli-*  
*gionis negotio, III. duos commentarios*  
*amplissimos in sacram Scripturam. IV.*

Alium